



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 56. Concilium Schismaticorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

*Sedi devotissimum exhibueris, nunc datis Literis confirmamus, quod antea verbis nos facturos esse promissimus. Te super-
stite, & toto tempore, quo Simox filius vel alius Hæres tuus legitimus vita fru-
turus est, nullum Ecclesiæ Romanæ Lega-
tum in Ditionis tuæ terras præter tuam
voluntatem mittemus. Sed potius tu ipse
age, quod nos per Legatum nostrum actu-
ri essemus, etiamsi ex Clericis nostris ali-
quem ad te mitti Salus Ecclesiarum, pote-
stati tuæ subiectarum, & Sacræ Sedis ho-
nor exposceret. Si Concilium celebran-
dum sit, & per literas petierimus, ut Epi-
scopos Abbatesque Ditionis tuæ ad nos mit-
tas, proficisci jube, quos tuo arbitrio dele-
geris, & ceteros, qui interim Ministerio
Ecclesiarum incumbant, retine. Hæc
Bulla Salerni, quinta Julii, anno Pontifi-
catus Urbani undecimo, Salutis millesi-
mo nonagesimo octavo, data est. Vi
ejusdem Bullæ Siculi dicunt, Regem
suum prærogativa Legati Nati Sacræ Se-
dis decoratum fuisse, atque hoc Jus, Si-
ciliæ Monarchiam, appellant. At recla-
mat Aula Romana, affirmatque, hanc
Bullam, si tamen genuina est, postmo-
dum fuisse retractatam.*

Sæculum XI.
A.C. 1098.

Baron. an.
1097. edit.
Rom. Epit.
Spond. ib.

§. LVI.

Concilium Schismaticorum.

Inter hæc Romæ Schismatici, celebrato
Con-

Sæculum XI.

A.C. 1098.

*Fast. rer. eccl.
pet. fol. 43.*

Concilio, quamquam Guibertus abesset, qui tunc in Longobardia degebat, Epistolam Synodalem publice ediderunt, in cuius fronte occurrunt Cardinales octo, Episcopi quatuor, & Presbyteri quatuor. Præ ceteris noti sunt Hugo Candidus, Episcopus Prænестinus, & Benno Presbyter. Epistola autem ad omnes, Deum timentes, & Salutem Romanæ Reipublicæ amantes dirigitur, in hæc verba: *Quod vos neutiquam ignorare credimus, ad novas Hæreses ab Hildebrando inuectas, aut alias, quas ipse recoxit, extinguendas, atque ad impietatem eorum exterminandam, qui nuper Fidem Catholicam violare non exhorruerunt, quinta hujus mensis in Basilica S. Basilii, sexta die in Basilica S. Celsi, & septima ad S. Mariam in ROTUNDA in Dei omnipotentis nomine congregati sumus; ubi Patrum nostrorum exempla secuti has Hæreses atque earum Sectatores damnavimus, ne si taceremus, consentire videremur. Nihilominus illos, qui cum auctoribus errorum istorum communicant, ad nos vocamus, fidem publicam, qua freti veniant & tuto redeant, damus, & hortamur, ut ex ipsis præcipuos nobilem virum Rainerium, ac Joannem Burgundionem ad dicendam causam suam deligant. Præterea promittimus, quantum in nobis operæ est, eos, etiamsi forte condemnati sint, usque ad Festum Sanctorum*

•mzinm

omnium de quacunque pœna securos fore. Sæculum XI.
A.C. 1098.
Non enim sanguinem humanum sitimus, sed credimus illos fateri, se peccasse, qui seditiones commovent. Pacem, veritatem, & Ecclesiæ concordiam unice quarimus. Huic epistolæ subscriptum est: *Datum in Concilio Romano contra Schismaticos, septima Augusti, anno millesimo nonagesimo nono.* Verum, istud molimen Guibertinis nihil profuit, Catholicis ultimos ejulatus expirantis factionis contemnentibus.

§. LVII.

Archiepiscopatus Lundensis.

Sub idem tempus cum Liemarus Archiepiscopus Hamburgensis Erico I. Regi Daniæ, cognomento *Eigotb*, id est, *Saxo Gram. Bono*, levibus ductus suspicionibus Ex-l. 12. p. 204. Hist. Gent. Dan. ap. Lindembr. p. 300. Pontan. l. 5. p. 202. communicationis Censuram minatus fuisset, ille ad Papam appellavit & Romam petiit, ubi, causa ejus mature discussa, objecta sibi ab Archiepiscopo ita diluit, ut hoc judicio victor redierit. Ut vero futurorum jurgiorum occasionem tolleret, Romam secundo profectus, Jurisdictioni hujus Præfulis, externi, & Schismatici, nempe tunc Henrici Imperatoris partibus addicti, subtrahi petiit. Concessit Urbanus Papa Erico Regi, quod optabat, tum spectata ipsius Dignitate, tum etiam tam longi itineris suscepti